

vt dicat de iure suo, quia cogitur soluere alteri, & non potest aliud facere, & sic proferretur, vt soluendo sit securus ex supradictis igitur primo suadetur hac secunda pars principalis nostrae quaestionis.

Secundo, haec sententia probatur ex nostra l. in verbis supra relatis ibi: *Sin mandamiento de juez legitimo*. Ergo si mandatio iudicis illegitimi, hoc est, incompetentis illam ceperit, erit puniendus. Tertio in terminis clarius probatur per l. statim sequentem, scilicet 6. in versic. *Pero si*, ibi: *Que por mandado de juez competente como la posesion, &c.* Et statim: *Que en tal caso se impida la execucion de la dicha ley*. Tenet in otra manera mandamos, que la dicha ley sea guardada segun que en ella se contiene, sin ninguna dilacion sin embargo de la tal oposicion. Facit etiam l. 3. supra hoc titulo ibi: *Sin licentia e autoridad de juez competente*, & ibi notat glossator nouus in casu dicti l.

Non obstat glossa d. l. *plerique*, cum communi supra allegata, quia primo respondeo, quod in nostro casu non procedit: quia contrarium per nostram legem reperitur expressum. Secundo respondeo, quod licet qualibet causa, etiam iniusta excuset a dolo vel multa, non tamen a lata culpa, nec poena legis vel statutarie, secundum laicales allegantes in l. *iusse possit*, n. 31 & 32 ff. de acquirenda possessione, qui est videndus, a num. 24.

SUMMARIUM

- 1 An debitor fugitiuus vel suspectus de fuga, possit impune capi a suo creditore, attenda hac l. 6. tit. 13. lib. 4. Noua Collectio Regis, affirmatiue deciditur.
- 2 Clericus suspectus de fuga potest capi a creditore sine metu excommunicationis.
- 3 Supradicta procedunt, dummodo intra terminum viginti quatuor horarum debitor captus suo iudici competentis producat.

Dicta l. 5.

QUESTIO LXXXII.

QUARO secundo circa eandem legem, an debitor fugitiuus vel suspectus de fuga, possit impune capi a suo creditore, attenda hac lege? Et videtur quod non, quia lex hac generaliter, atque sine exceptione prohibet creditorem capere debitorem suum, ipsiusque bona sub poenis in ea contentis: Ergo generaliter debet intelligi, vt nullo casu id liceat, argumens l. de pretio, ff. de Public. in rem al. cum similibus. Sed his non obstantibus, contrarium est tenendum, quia lex nostra in sua generalitate, cum nostrae quaestionis casum minime excludat, intelligenda est iuxta ius commune, quo cauetur, vt creditor possit propria auctoritate capere debitorem fugitiuum vel suspectum de fuga, vt in l. generalis, C. de decurionibus, l. 10. Rodericus Suarez late in l. 2. tit. de los emplazamientos, per illum l. lib. 2. fori, nu. 20. & pluribus sequentibus, vbi late ampliat & limitat, congens aliqua requisita ad hoc, vt loci habeat supradicti, conclusio D. dac. Perez in l. 17. tit. 14. lib. 2. ordinam. col. 563 & in l. 3. tit. 14. lib. 3. ordin. col. 1265, vbi alios allegat. Quod ad hoc verum est, vt clericus suspectus de fuga, capi possit a creditore sine metu excommunicationis, haec est communis opinio, vt pluribus relatis testatur Didacus Perez dicti col. 568. Supradicta procedunt dummodo intra terminum viginti horarum praedictus debitor captus a suo creditore in fuga, vel cum suspicione eiusdem producat in carcere publico coram iudice competente, vt in l. capite 5. ff. de adult. gl. 1. in cap. cum non ab homine, de iudic. hodie intra viginti quatuor horas, vt expresse cauetur in cap. 2. legum de la Hermandad, qua est l. 2. tit. 13. lib. 3. huius Noua Col-

lecti. Regis, ibi: *T entienda se ser carcel priuada*. saluus et accedat praedicta a su deudor, que se vna hysed, o tunc se poder, o facultad que su deudor le aya dado por ser iura para que lo pueda prender, no lo pagando su deuda, entregandole toda via en estos dos casos a la persona que assi predicere, dentro de veynte y quatro ho us a los Alcaldes ordinarios del lugar mas cercano, que no sean fineros a dicho a credor. Lex igitur nostra cum generalis sit, intelligi debet procedere generaliter, praeterquam in casibus specialibus a iure communi expressis, praecipue in nostro casu, qui solum iure communi, verum etiam Regio noui exceptus est, vt in d. l. De la kerravada. Hoc; meo iudicio est abq; vltio dubio verum, concurrentibus necessariis, de quibus per Roder. Suarez vbi supra.

SUMMARIUM

- 1 Carcer priuatus an sit, quando creditor mandato iudicis cepit debitorem, & postea rogatus ipsius debitoris eum custodiat in domo sua, nec enim alii creditores interdicuntur deciditur negativae.

Eadem l. 5.

QUESTIO LXXXIII.

QUARO tertio, quid si creditor auctoritate iudicis cepit debitorem, & eum debeat ad carcerem, debitor rogatus eum, vt ipsum custodiat in domo sua, donec sibi solueret, quoniam si duceret eum ad carcerem, habebat alios multos creditores, qui eum ibi interdicerent (hoc est, lo recomendassen) unde creditor eum tenuit & custodit in domo propria, an hoc sit carcer priuatus, & incurritur in poenam, de qua in hac l. Et videtur primo, quod sic, ex textu in l. C. de priuat. carcer. m. b. cui consonat l. 15. tit. 29. part. 7. vbi prohibetur fieri carcer priuatus sub poena mortis, quae illi indistincte loquuntur, & in fauorem publicum, cui renuntiare non potest per debitorem, argumens l. ius publicum, ff. de pact. cap. si diligenti, de for. comper. cum similibus. Nihilominus tamen cum ista quaestio in facti contingencia veteretur Beringomi, contrarium in praxi fuit obtentum, vt testatur Alber. in dicti l. C. de priuat. carcer. nam volenti non fit iniuria, fraud. nec doli l. 3. si quis volentem, ff. de liber. homin. ex lib. ben. l. cum donationis, C. de transact. glo. in l. interdictum fur. §. qui furem, in glo. damnato, ff. de fur. quam opinionem in terminis refert & sequitur Gregor. in dicti l. 15. in gl. mag. ad fin. versic. sed quid si creditor. Didacus Perez in dicti l. 5. tit. 14. lib. 3. Ordin. & ita tenendum. Non obstat dicti l. C. de priuat. carcer. & dicti l. 15. cum ea concordans, quoniam loquuntur in eo, qui habet locum deputatum carceris ad detinendum ibi quocumque homines: cum enim iste talis viurper metum imperium, dicitur reus laesae Maiestatis, quo casu cum veretur fauor publicus in contrarium, merito quod debitor ei renuntiare minime possit: pro intellectu faciunt verba dicti l. partitae ibi, *E si otro de agni adelante fixiere carcel por su autoridad, o cepto, o cadena sin mandado del Rey, e metiese homes en prisiones en ella, mandamos que, muera por ello*. Ponderanda sunt verba illa legis. Duo enim copulatiue requirit, vt patet, nemp quod faciat carcerem priuatum, & quod in eo homines in vinculis iniciat. Aliud praeterea est considerandum, nemp requiri frequentiam actuum, vt constat ex illis verbis *E metiese homes en prision en ella*: Quae omnia cessant in nostra quaestione, quia nec in casu ipsius fit carcer, nec detinentur homines in eo. Item initium fuit licitum hoc est, captura cum mandato & licentia iudicis competentis, & finis, hoc est, detentio voluntaria in domo creditoris, non fuit illicitus, imo familiaris, quandoquidem voluntate debitoris, & ad ipsius instantiam, postulationem atque vtilitatem fuit facta detentio,

tentio, ne vexaretur ab aliis creditoribus, & sicut ab initio potuit debitor concedere facultatem ipsi capiendo propria auctoritate, vt in l. 2. tit. 13. libro octauo, Noua Collectio Reg. Ita etiam & potiori iure, postquam fuit captus auctoritate iudicis, potuit eadem licentiam concedere, vt eum domo detineat. Quod fit, vt ex verbis d. l. Partitae, supra relatis approbetur in opinio Iacobi Butric. de qua per Bald. in dicti l. C. de priuat. carcer. ipsam intelligentis in supradicto casu, vt modo dicebamus, prout refert Gregor. in dicti l. partitae in supradicti gloss. mag. in princip. Non obstat etiam nostra lex, quia loquitur in capiente & detinente debitorem inuitum & nolentem propria auctoritate abfque iudicis mandato, vt constat ex ipsa, ibi, *Prendan aquel que algo lea deue si no enos puede que el*. Et praeterea ex tota contextura huius l. & l. 6. statim sequentis.

SUMMARIUM

- 1 Iurisdictio civilis & criminalis, quo tempore iure Regio praescribitur aduersus Regem: & numero sequentibus vbi resoluuntur requiritur tempus immemorabile.
- 2 Intellectus fin. tit. 13. lib. ordin. vet.
- 3 Intellectus huius l. 1. tit. 15. lib. 4. Noua Collectio Reg.

L. 1. tit. 15. de las prescripciones libr. 4. Nou. Collect. Reg.

QUESTIO LXXXIV.

QUARO circa l. 1. tit. 15. de las prescripciones libr. 4. Noua Collectio Reg. agentem de praescriptione iurisdictionis civilis & criminalis, quo tempore de iure Regio praescribitur in iudicio civilis & criminalis aduersus Regem? Et videtur quod iurisdictioni criminali praescribitur centum annis, civilis vero 14 vt in l. 6. qua est finalis, in versiculis *Y estable temos*, in versic. *pero*, tit. 13. lib. 4. Ordin. vet. Nec obstat prima pars illius l. Quae tempus immemorabile videtur requirere ad praescribendam iurisdictionem criminalem aduersus Regem, quoniam agit de iurisdictione ante illius constitutionem per nobiles, aliosque priuatos obtenta in aliquo ciuitatis & villis a de possessione vltima vero pars praedicti eiusdem l. quae de centenaria & quadragenaria praescriptionibus tractat, tantum loquitur de iurisdictione post eam lacquirenda, & haec est differentia, & verus sensus inter primam & secundam illius l. partes, vt constat ex verbis eiusdem, clariorque ex l. 2. ab Alfonso Rege Compluri condita, Era Cesaris 1386. tit. 27. apud veteres eiusdem Alfonso leges, ex qua de prompta fuit dicti l. 6. atque in specie ita tenet & interpretatur Petrus Auendan. lib. 1. cap. 1. praeorum, num. 2. insignia Conarr. in regul. possessor. i. part. 6. 3. numer. 4. Didacus Perez in dicti l. 6. col. 1. v. 44. versic. *quaro verum*, & nouissime Ignacius Saleda in annotat. ad reg. Bernar. Diaz de Euz reg. 497. in versiculis explicandum tamen est. Et hic est congruentior literae illius l. sensus, meo iudicio, quam alius positus a Couarr. vbi supra, quem refert & sequitur Didacus Perez vbi supra, nemp quod in prima parte illius l. sufficit immemoralis praescriptio, in posteriori vero loco huius immemoralis sit necessaria centum vel 40. annorum praescriptio, titulo saltem allegato: quia aliqui probandus est in quadragenaria praescriptione, quae iure communi immemoralis defectum supplet, iuxta textum in cap. 1. de praescript. in 6. Nam intellectus hic quamuis in se verus sit, diuinat tamen ad litteram dicti l. in qua de tituli allegatione verbum vltimum, iudeo verior & tenendus est primus supra assignatus.

Sed hodie iure nouissimo huius regni, nemp per hanc nostram l. 1. tit. 15. de las prescripciones, lib. 4. Noua

Collectio Regis, supra dicta videntur correctae quandoquidem nouiter additur per Regem nouum inuictissimum Philippum II anni 566, vt postquam immemoralis legitime probata sufficiat ad acquirendum contra Regem, ciuitates, villas & oppida, siue castres, iurisdictiones civilis & criminales, &c. sicque videtur per hanc l. tenendum, vt hodie non sufficiat minus tempus, quam immemorabile ad praescribendum ciuitates & villas & iurisdictiones civiles & criminales earundem. Posset tamen subtiliter instari, his verbis minime induci correctionem d. l. 6. *Ordinamenti veteris*, cum ipsa expresse non inducatur: quia non requirit praesentem immemoralis possessionem haec noua lex ad praescriptionem iurisdictionem civilis & criminalis, sed tantum decidit ipsam sufficere ad acquisitionem ciuitatum, oppidorum & iurisdictionum earundem simul, vnde non tollit tempus centum, nec quadraginta annorum ad acquisitionem iurisdictionis criminalis & civilis, & respectiue sufficiens per d. l. 6. quae videtur remanere in suo robore, cum expresse, nec tacite videatur correctae.

Sed nihilominus teneo contrarium attenda non solum l. nouiori, vt requiratur hodie tempus immemorabile ad praescribendum contra Regem iurisdictionem civile & criminalem: nec obstat subtilis consideratio supra in contrarium facta, quoniam quia diluitur animaduertendo, quod in hac l. inseritur pars tenoris l. antiquae Regis Alfonso supra allegatae, quae in hac parte immemoralis possessionis conductae & verba, quae praeteritam possessionem significabant, amouentur & noua decisio stabilitur, quae ad futura pertinet his verbis: *Ordenamos y mandamos que la posesion inmemorial, &c.* Et a Rege nostro Philippo cetera de eorum & de 40. ann. praescriptione, quae in dicti l. veteri erant, ressecantur atque reiciuntur, & sic aperte sublatam videntur praedicta centenaria & quadragenaria praescriptiones, earumque loco immemoralis possessio in posterum collocatur, vt constat ibi: *Baste para adquirir contra nos, &c.* Loquitur enim de immemoralis possessione, ergo ad tempus futurum refertur, prout est ordinarium in decisionibus legum. Nam respiciuntur, non vero praeterita, nisi exprimat in ipsis: nec obstat sensus verbi, *Baste*, quod non videtur excludere tempus centum, & quadraginta annorum sufficiens ad praescribendam, attenda dicti l. 6. Nam id procederet, si verba dicti l. veteris admittentia dictas praescriptiones centum & quadraginta annorum, sublata non fuissent in nostra l. noua. Sed cum ipsa iam deleta sint, aperte sime constat de mente legislatoris volentis, vt praedictae praescriptiones temporales minime sufficiant, sed requiratur immemoralis possessio: Idque iuuatur ex praedictione eiusdem l. ibi: *Te ha dado si lo susodicho se pua de adquirir contra nos, y nuestra corona por algun tiempo*. *Ordenamos y mandamos*, &c. Ergo verbum, *Baste* postea sequens, quod venit ad declarationem dubii praecedentis, tempus necessarium ad acquisitionem dictarum rerum significat. Nam si aliud tempus sufficeret, haud latius recte dubium expediret, nec concludendum decideret: quod non est dicendum nec praescribendum in legislatore. Praeterea haec decisio legis minime de dubio feruit, si solum intelligeremus, quod sufficeret immemoralis possessio, non excludendo praescriptiones centum & quadraginta annorum: quia sufficeret tempus quadraginta annorum, & quadraginta annorum, & requirit hodie tempus immemorabile ad praescriptionem iurisdictionum civilis & criminalis: Et ita teno, saluo meliori iudicio: quod licet non ex professo,

nem qualitate Regie iurisdictionis, vt cum iudicio notauit Iaf. in l. fin. nu. 21. C. de sacrosanct. Eccles. relatus ab Auend. vbi supra.

Conducit decem. Nicolai Boetij 236. vbi concludit, quod immunitas a collectis, si debentur Regi, non præscribitur minori tempore .10. an. si verò debentur priuato ex privilegio, præscribitur communi decem & viginti annorum.

SVMMARIVM.

1 Iurisdictione suprema Regis faciendi iustitiam in defectu aliorum dominorum (hoc est la mayoria) an præscribi possit quoad non.

Eadem l. 1.

QUESTIO LXXXVIII.

VARO ¶ quinto & vltimo circa eandem l. an præscribi possit maioris & sic contra supremam potestatem Principis secularis faciendi iustitiam in defectum aliorum dominorum, hoc est, quando alii domini inferiores eam non faciunt.

Quam questionem latissime agit ad vtramque partem Felin. in cap. cum non liceat, nu. 10. & sequentibus de prescrip. vbi plurimis auctoribus & considerationibus pro vtraque relatis atque expensis neutram firmat, volens potius notari de obcuritate quam de audacia. Vult igitur posse præscribi, vt quis non subit Imperatori: quam expresse refert esse magis communem: nempe quod præscribi possit aduersus supremam potestatem Principis secularis, Aymon. Craiet. de antiquit. tempor. in cap. incipit, materia ista singularitatis testium, num. 74. fol. 212. & sequenti, vbi eam probat. Nihilominus tamen contraria sententia, & sic negatiua, in proposito est verior & magis recepta atque per DD. sequuta, vt constat ex eodem Aymon. vbi supra, num. 72. & lae per D. Didac. Perez. in l. 6. tit. 12. lib. 5. Ordin. & per Matien. in l. 1. tit. 10. gloss. 10. num. 2. lib. 5. Noue Collectio. Regie, que expresse in hoc regno approbata est per hanc nostram in illis verbis: Pero la iurisdiccion civil, o criminal suprema, que los Reyes han por mayoria y poderio Real, que es de la fazer y cumplir dode los otros señores y iuees es la mençuanen, declaramos que esta no se pueda ganar ni prescribir por el dicho tiempo, por otro alguno. Et cum habeamus l. Regiam hoc expresse decidentem, non oportet amplius de hoc dubitari, si que hæc l. approbat prædict. opin. negatiuam de iure communi veriorē atque receptiorem.

SVMMARIA.

- 1 Præscriptio anni & diei cum titulo & bona fide, de qua in quibusdam l. Regis, an sit admissa in praxi, ac proinde obseruanda: quod non, nisi in partibus, vbi consuetudo hunc forum admissit.
- 2 Lex civilis vel Regia referens aliquam consuetudinem alicuius loci eamque confirmans, an debeat valere, vt lex, vel vt consuetudo.
- 3 Quod colligitur ex præstationibus dicitur expresse actum, nisi deficiat in dispositione.
- 4 Præstationes præstant lumen dispositioni, & per eas tollitur incertitudo.
- 5 Præstatio legis dat intellectum toti legi.
- 6 Ex præstatione status dispositio contrahitur, extenditur & declaratur.
- 7 Præscriptio anni & diei, vbi forum vsu admissus probatus fuerit, cum titulo & bona fide prodest tantum quoad proprietatem.

L. 3. tit. 15. lib. 4. Nou. Collect. Regi x

VARO ¶ an l. tit. 13. lib. 3. Ordin. veteris, loquens de præscriptione rei immobilis per annum & diem, cum titulo & bona fide sit admissa in praxi atque, proinde obseruanda: Et videtur quod sic, cum declaratione l. 192. & 242. styli, quia est lex Regia, vsu nouum inducens, vt patet ex verb. Establcemos. iuxta gl. literas, de rescript. tum etiam quia ll. in illo libro positæ habent vim legis dispositiue, quaniuis ante essent l. fori, vt in proam d. l. Ordnamens cauetur: quod præmaxime hodie habere locum videtur, cum prædict. l. Ordnamens sit posita in noua Compilatione legum huius Regni, nempe l. 3. tit. 13. lib. 3. Et in terminis ita tenere videtur Doct. Ant. Gom. in l. 45. Taur. num. 162. vbi sic: Hodie tamen in nostro regno.

Sed his non obstantibus contrarium est tenendum, imo quod præd. l. Regie in praxi non sint admissæ nec in iudicio admittendæ, nisi in ciuitatibus & oppidis vbi præd. forum vsu obtentus fuerit, alias secus. Non enim est præsumendum Reges Catholicos voluisse tot l. iuris communis, partitauri & alias de præscriptione agere, tolere, nisi in partibus vbi illud forum vsu admissæ, vt testatur insignis Couar. in regula, vñ fesset. 2. p. 5. n. 7. de reg. in. in d. c. u. quo transire videtur quamuis fluctuans Didac. Perez. d. l. Ordin. veter. Et ita est tenendum, propterea iam in praxi non admittam fuisse dictarum legum dispositionem, quamuis super eo lis principaliter vertebatur, & quia non fuit probatus vsus ipsarum, exploratæ fuerunt.

Non obstat d. l. Ordinam. quia licet attentis verbis ipsius videtur noui ius decidere atque statuere, si tñ ad eius originale attendamus, cui est standi quod est legum veterum Regis Alfonso Era. 1386. manifestum fiet non vim dispositiuam legis nouæ habere, sed interpretatiuam, l. 2. tit. 11. 2. for. legum, que quidem l. fori nititur in moribus & vsu forensi aliquo ciuitatis, habitibus, vt possessor rei immobilis inter presentes per annu & diem pacificus non possit postea in iudicio conueniri, sed se defendere posse præscriptione: quam l. forensis non aliter Rex Alfonso. statuit procedere, quam si possessor titulum & bonam fidem habuerit: non tñ ex hoc l. nouam voluit sancire, sed veterem forensis interpretari eodem iure forensi procedit d. l. styli. Hæc eadem responsio plenius adaptatur ad nostram l. 3. Nou. Collectio. Reg. Nam ipsa hoc exprimit incipiens, En los fueros de algunas ciudades se contiene que el que tuuiere, o possidiese casa o vinya, & c. Et postea subdit: y es dudda, si en la dicha prescripcion de anno y dia es menester titulo y buena fe. Nos tratando est a duada mandamos, que el que tuuiere la cosa anno y dia, no excuse de responder por ella en la posesion, salua si tuuiere la cosa anno y dia con titulo y buena fe. Vides namque apertissime prædict. l. Regis Alfonso refertur in Noua collectione non tantquam l. nouam, sed vt interpretatione fori aliquo ciuitatum: Quo fit ita demum esse seruandū, si prædict. fori vsus probetur, sicut in legibus fori & styli perspicui est. Lex tamen in ciuilibus vel regia referens aliquam consuetudinem alicuius loci, eamque confirmans, debet valere vt consuetudo, non tamen vt lex: itaque debet probari vsus, sicut videmus in l. 1. Taur. referente & confirmante ll. fori, & nihilominus eorum vsus debet probari, vt in cauetur: Ita Anto. Gomez. in l. 1. tomo c. 9. n. 2. ad fin. cuius in hoc sententia, est alia regulariter vera non sit, patet ex late adductis per doct. Burgos de Paz in d. l. 1. Taur. n. 166. & seqq. qui post Greg. Lop. & Auend. quos refert, tenet contrariū, immemor tamen Antonij Gomez vbi supra attramen in casu nostræ questionis recte procedere potest: quoniam l. nostra Regia 3. minime prædict. forum sine consuetudine, quam refert, confirmat nec approbat, sed tantū interpretatur hoc sensu,

vt sup-

vt supposito prædict. foro, & vbi si sit requiratur titulus & bona fides ad præscriptionem possessionis per annum & diem. Lex enim hæc localis est, vbi adest dict. forum vt constat ex ipsius principio & præfatione, ibi, En los fueros de algunas ciudades se contiene, & c. Nam illud, quod colligitur ex præfationibus, dicitur expresse actum, etiam id deficiat in dispositione, si ff. de hered. institut. vbi Bart. & ceteri in l. si ff. de testam. vel quia præfationes præstant lumen dispositioni, & per eas tollitur incertitudo vt inquit Zalius in l. cum quid ff. si cert. petat. & inquit Bald. in l. regula, ff. de iuris & fact. ignoran. quod præfatio legis dat intellectum toti legi: refert & sequitur alia adens elegantia in proposito Doctor Molina de Hispan. primogen. lib. 1. cap. 5. num. 2. sequentiibus: plura congerit Ludouic. Mexia, in l. Regia Tibolet. de los terminos, in 2. parte, 2. fundamento. num. 11. & sequentiibus, vbi n. 5. ex plurimum præfatione probat & statuti præfatione dispositionem infringi, extendi & declarari: dispositio igitur d. l. 3. regie in casu præfationis ipsius intelligenda erat, nempe, in illis ciuitatibus in quarum foris continetur, quod in hac l. refertur, vt constat ex eadem ibi, es dada si en la dicha prescripcion, & c. Pondera verb. Dicho, nam refertur ad præcedentia, & ibi, Nos irrande esta dada, & c. ibi, Es esta Lex enim hæc, vt ex supradictis patet, minime hoc generaliter disponit in omnibus partibus horum Regnorum, sed tantum interpretatur forum supradict. in ciuitatibus, vbi is adest si que iam non obert nostræ sententia principali in questione proposita, si quidem ipsa est declaratio Regis Alfonso prædict. fori, non vero noua legum dispositio itans de per se, vt supra est visum.

Vltimo aduerto ex dict. l. Regis Alfonso iuxta relationem litteræ ipsius factam in d. l. 3. Noue Collectio. Regis, approbati intellectum, atque sententiam Montal. in d. l. 1. tit. 11. lib. 3. for. in gloss. Todo in princip. & Couarr. vbi supra, & Anton. Gomez. in l. 4. Taur. nu. 102. tenentium præscriptionem anni & diei, de qua in d. l. 1. prodest tantum quoad possessionem, secus vero quoad proprietatem: licet de hoc intellectus dubitet Licentia Palæa de maiorat. 4. par. quæst. 6. nu. 1. propter verba generalia, d. l. Ordnamens veteris & quia requirit titulum & bonam fidem, & est situata in tit. de præscriptionibus, id quod de proprietate & dominio, & non de possessione agitur: & quamuis quoad possessionem & proprietatem eandem l. velit intelligere Diccas Perez. vbi supra, colu. 1221. & 1222. præcipue attendit d. l. 1. 6. styli, que illud decernit, quando præscriptio est cum titulo & bona fide, secus sine titulo, sed, vt prædixi, hæc procedunt respectu possessionis tantum, vt hodie deciditur per hanc nostram l. 3. nouissimam & vbi forum vsu admissus probatus fuerit, alias secus: & ita est intelligendus atque supplendus aduocatus Granaten. Salazar. de vsu & consuetud. styli Curia, c. 9. n. 1. fol. 119. allegans nostram l. & per eam intelliges ipsius dispositionem, quo ad possessionem; & debet namque applicari, quod est probandum vsus fori huiusmodi, alias non erit seruanda decisiō nostræ l.

SVMMARIA.

- 1 Lex 65. Taur. hodie l. 5. tit. 15. lib. 4. Non. Collect. Regi, an procedat contra tertium rei hypothecæ possessorem cum titulo & bona fide, & sic an retulit, C. si aduersus credit. cum simili, si hodie correctus respondeat quod non.
- 2 Tertius possessor cum titulo & bona fide præscribit inter presentes hypothecam tempore v. annorum.
- 3 Tertius singularis possessor præscribit cum titulo & bona fide. 10. annorum inter presentes, & 20. inter absentes, si non soluendi censum impositum super re a sepos-

sesta tanquam libera, non soluendo præd. tempore censum vel si minus soluit, reliquum præscribit: ex quo etiam redditus decus si sunt præscripti.

- 4 Principalis debitor census vel annuarum præstationum est præscribitur decennio præfatione decus ante ipsam decennium, postea cursas, nec in posterum decurrit eas minime præscribitur, quia non præscripti d. tempore censum ipsum, hoc est circa actum census.
- 5 Debitum transacto decennio potest peti via ordinaria actione personalis vsque ad alios 10. ann. quia durat, 20. ann.
- 6 Præscriptio annuis redditibus præteritis quoties præscriptio opponitur a principali debitore vel ipsius vniuersali successore, obseruandū est ius saluū creditori, ad hoc, vt via ordinaria pro eis agere possit, annullata executione, secus quando opponitur & probatur a tertio rerum singulari possessore, quia tunc omnino præscribitur.
- 7 Per venditionem census super aliquo fundo, non venditur ipse fundus, sed tantum quoddam ius percipiendi, si quæ contrahitur quedam hypotheca irregularis.
- 8 L. 36. Taur. non legitur in præscriptione hypothecæ, sed debiti.
- 9 Legitur etiam & procedit eadem l. respectu principalis debitoris, non vero tertii rei singularis possessoris.
- 10 Clausula de non alienando cum hypothecæ speciali licet impediatur alienationem, non tamen tollit præscriptionem.
- 11 L. 1. C. si aduersus credit. ibi, Vel qui in eorum iura successerunt, intelligitur de successoribus vniuersalibus, non vero de singularibus.
- 12 Virtus clausula cessat, & extinguitur per mortem constitutarij, maxime data ipsius negligenti.
- 13 Virtus clausula constituti præscribitur longo tempore 10. annorum, si possessio illo tempore penes tertium sit cum patientia & negligentia creditoris.

L. 63. Tauri, hodie l. 6. tit. 15. lib. 4. Nou. Collect. Reg.

QUESTIO XC.

VARO ¶ an l. 63. Taur. hodie l. 6. tit. 15. lib. 4. 1. Noua Collectio Reg. vbi deciditur: Que el derecho de executar por obligacion personal, se prescriba por diez annos y la acción personal, y la executoria dada sobre ella, se prescriba por veinte annos y no menos. Pero don de en la obligacion ay hypotheca, o adde la obligacion milla, personal y real, la deuda se prescriba por treynta annos y no menos: lo qual se guarde sin embargo de la ley del Rey don Alonso, que puso que la acción personal se prescribese por diez annos. Que l. Regis Alfonso erat l. 3. tit. 13. lib. 3. Ordnamens veteris, quarum legum intellectum atque materiam late præ aliis interpretantur insignis Couar. in regula possessor. 2. part. Reicel. §. 11. nu. 1. Auend. 2. par. c. 30. prat. num. 11. & sequentiibus Petrus Diennas regula 6. Didac. Perez. in d. l. 3. & 4. Ordin. Mench. de success. creati §. 10. num. 28. & sequentiibus nos in repet. l. nemo potest, num. 488. & sequentiibus ff. de legat. 1. & iterum in tract. de iuramento confirm. 3. par. c. 1. num. 15. & sequentiibus Sed nouissime omnium litterarum ac sensum, d. l. 63. Taur. hodie d. l. bene meo iudicio explanauit Ioan. Yañez Paredor. in suo lib. rerum quoad d. cap. 1. §. 11. nu. 12. & sequentiibus vsque ad finem.

Quæro, inquam, an prædict. l. procedant contra tertium rei hypothecæ possessorem, cum titulo & bona fide, ita quod hodie sit correctus titulus, C. si aduersus credit. cum similibus legibus, vbi habetur, quod tertius rei hypothecæ possessor præscribit illam cum titulo & bona fide aduersus creditorem tempore ordinario, 10. annorum inter presentes, & 20. inter absentes, & requiratur in d. l. 3. tit. 13. lib. 3. H 3

hac l. an vero hac l. solum intelligatur in personas principales, nempe in debitore principali contra creditorem? Verbi gratia, quidam habuit titulum legati ab alio quamdam domum, quam ipse testator prius certo censui quotannis soluendo supponebat in fauorem alterius: legatarius possedit praedictam domum, tanquam liberam praedicti censu titulo legati plusquam quatuordecim annis continuis inter praesentes, ignorans, & non soluens praedictum & sic bona fidei: creditor post dictum tempus petit executionem aduersus dictum tertium possessorem vigore instrumenti censu pro redditibus decem annorum decursis: at vero possessorem se defendebat praescriptione dicti temporis, cum praedicti tit. & bona fide dubitatum atque controuersum fuit in praxi, quis eorum obtinere deberet? Pro parte auctoris, qui executionem petit, fuit primo allegatum quod iuxta praedictum Regium, *A donde en la obligacion se hypotheca* (prove in presenti casu contingit *la deuda se prescribe por treinta años, y no menos*). Secundo, pro eadem parte fuit deductum, quod instrumento dicti censu aderat clausula de non alienando, cum hypotheca specialis, quae impedit dominii translationem, ut in *lib. creditor, § fin ff. de distract. signor. cum similibus*. & sic fingitur res esse in dominio alienantis, siquae potest agi etiam contra tertium, ac si alienata non fuisset, ut in *l. c. si aduers. credit. ibi*. Praeterea quia si debitoris, vel qui in eorum iura successerunt, obligata vel possessio in eorum iura successerunt. Tertio quod dictus legatarius successit in ius debitoris, & sicut ipse debitor poterat conueniri pro praedicti redditibus reclusis, quia non erant tranfacti dicti triginta anni: ita etiam legatarius, cum successerit in ius debitoris legantis, ut in *d. l. 1. bi. vel qui in eorum iura successerunt*. Quarto, quia in instrumento dicti censu fuit apposta alia clausula constituti, quae operatur, ut res possit auocari a tertio possessore, ut in *l. fin. C. de acquir. possess. cum materia*.

His tamen omnibus non obstantibus, respondi contrarium, nempe dictum legatarium legitime praescripisse praedictum censum. Iulique hypothecam atque redditus decursos, ac proinde executionem praedictam fuisse factam in domino annullandum fore, reumque ipsum absolendum a petitis.

Primo, quia legatarius praedicti tempore decem annorum inter praesentes, cum praedicto titulo & bona fide, nempe ignorans dictum censum praescripserit ius atque hypothecam dicti censu, per *d. l. 1. § 2. C. si aduersus credit. & quibus consonat l. 39. tit. 13. part. 5. § 1. 27. tit. 26. par. 3. tradit optime Franciscus Bald. in tract. praescript. 4. part. 4. part. 2. quae sitio. 3. per totam, folio 37. § 38. volum. 8. tract. diuers. Doct. & nonnulli Licentiatu Salazar de usu consuetud. & stylo Curiae, cap. 11. numero 50. folio 151 ubi plures referens, dicit communem, & Gomez de Leon, respons. 50. ubi numer. 3. quod dicit l. 63. Taur. intelligitur contra principalem creditorem, secus autem contra tertios bonorum possessores, per dicta iura quae non sunt correcte per *d. l. 63. Taur. secundum Castell. & Cisneros ibi, in fin. quos refert*. Et quod in his terminis executio contra tertium possessorem, qui cum titulo & bona fide praedicti tempore praescripserit, debeat annullari, referatur creditor iure suo, ut via ordinaria experiri possit, tenet atque probat Parlador, *lib. quotidian. quae sitio. cap. 1. § 15. num. 41. folio 51. idque constat ex d. l. 63. Taur. hodie dicit l. 6. tit. 15. lib. 4. Nova Collectio. Reg. expressus in l. 3. tit. 4. lib. 3. eiusdem Collectio. dum dicit: Por no examinar ni ver los dichos Alcaldes mayores las tales obligaciones y contratas, ni muchas veces las mandan executar no pudiendo hazer conforme a derecho, o por ser el contrato condicional. & c. o por ser pasados los diez años. Sed quia haec Regia loquuntur tantum respectu iuris executiuum, quod tolli-**

tur decem annis, quando agitur contra debitorem principalem, referatur tamen iure creditorum, ut via ordinaria agere possint: vero inrendimus hunc possessorem non solum a iure exsequendi, verum etiam a via ordinaria, & sic a praedicta hypotheca & censu omnino liberum esse, ideo & secundo propriis nostris terminis, quod tertius singularis possessor praescribit tempore decem annorum inter praesentes, & 20. inter absentes, titulo & bona fide, ius non soluendi censum impositum super re se possessa, tanquam libera non soluendo dicto tempore praedicti censum, vel si minus soluisset, reliquum praescribat, probat & tenet Bald. in *d. l. tract. praescript. 4. part. 4. part. princip. § quae sitio per totam, & quae sitio. 7. num. 4. § volum. 8. tract. folio 38. § 19. & Menchac. lib. 2. Controuers. siluest. capitul. 60. num. 2. § 1. § 16. Ex quibus constat etiam praescriptos esse, ac peti non posse a praedicti tertio possessore, quod praedicti decem annorum redditus decursos, quod expresse firmat Palador, *ubi supra, § 1. § 12. num. 41. § 13. num. 44. ad fin.* quam sententiam in redditibus decursis testatur magis communem eam sequutus Doct. Anton Gomez. 2. tom. cap. 11. num. 45. Et quoniam ipse ibi, & Boer. *de iuris. 336. per totam*, referunt plurimos tenentes contrarium, affirmantes esse communem opinionem, quod & probat ipse Boer. *ibi, & fin. quoque alibi late dilectissimus articulum huius: ea tamen omnia procedunt, quando praescriptio opponitur aduersus principalem debitorem censu, qui est decennio praescribit censu atque pensiones decursas ante praedicti decennium, hoc est, ius exsequendum ad eas petendas competens, ut in *d. l. Regis*, cum tamen non praescripserit ius principale ipsius contractus censuali, minime quoque praescribit pensiones decursas post dictum decennium, nec post in futurum decurrendas, quicquid secus existimari Parlador. *ubi supra, dicit. nu. 41. § 3. numer. 44. quem reprobat & merito Doctor Suarez de Paz in sua praxi, cap. 3. 4. part. 1. tom. num. 15. tametsi Parlador dicit. num. 44. simpliciter referat & sequatur nonnulli post huius operis primam editionem, Azunedo in l. 9. num. 2. tit. 15. hoc lib. 4. Nihilominus teneo quod praedicti contra eos, cum Doctore Paz *ubi supra*, ex nostra l. dam in ea cauetur, quod ius exsequendi praescribitur decennio: si enim aliud diceremus in pensionibus decursis & decursis post decennium, nondum alio decennio expleto, minori tempore quam decem annis quoad ipsas ius exsequendum praescriberetur contra verba nostra l. eiusque mentem. Praeterea sequeretur inde, quod ius exsequendi in similibus contractibus annuatum solutionum decennio in perpetuum praescriberetur: hoc autem absurdum videtur, cum l. nostra dispositio in negligentia non petentis executionem per decennium videatur fundata. Haec autem negligentia decemni non datur nec concurrit in nostra specie, quia a tempore quo pensiones praedicti executionem peti poterant, non est lapsus decennium, neque antequam dies veniret, peti poterant: ergo ubi non conueniunt verba l. nec eius dispositio locum habet ut in *l. 4. §. toties, cum similibus ff. de damn. infecti*. In legatis tamen annuis nostram sententiam omnes supradicti, absque difficultate probant. Denique peremptorie nostra sententia praecedens indubie efficitur ex eo, quod tenentes contrarium, eo ducuntur fundamento, quod in contractibus licet sint plures annuae solutiones, vna tamen est obligatio seu stipulatio, & vna actio competit pro omnibus: secus in legatis: hoc autem licet verum sit, tunc alingeret, cum illa vnicuique obligatio, stipulatio & actio esset praescripta, & sic contractu ipso, ut praediximus: verum in nostra specie decennium tantum praescribitur ius ipsam exsequendi, non vero obligatio, nec***

nec contractus, qui maius tempus requirit, ut praescribatur, ut in nostra hac l. Ergo cum decennium ad ius exsequendum praescribendum curat a tempore negligentiae ut praediximus, non potest comprehendere, nisi tantum praesentationes annuas praecedentes, non vero illas, quae infra decennium decurrunt. sicque via exsequenda locum habebit in pensionibus decursis infra decennium, hoc est nouem annorum proxime praeteritorum, non vero pro praecedentibus decursis decennio iam peracto, ut patet ex supra adductis & ita iam in vtroque obrinui in praxi pro hac nostra Ecclesia Cinitateni post huius operis primam editionem.

Quinimo, & tranfacto dicto decennio debitum potest peti a principali debitore alio decennio actione personalis, quae durat 20. ann. hodie per nostram hanc l. 6. via ordinaria, ut bene resoluit Doct. Paz *ubi supra, numer. 11. & sequentibus post me in repet. l. nemo potest, num. 205 ff. de leg. 1. § nu. 180*. At vero nos agimus in tertio singulari possessore, qui cum titulo & bona fide praedicti tempore praescribit aduersus creditorem, tum & rem ipsam principalem, atque ipsius hypothecam, tum & ius ipsam soluendi censum super ipsa constitutum atque fundatum: meritoque sublati praescriptione principali, & omnes redditus decursi & decurrendi censeantur quoque praescripti: quia per praescriptionem praedictam extinguitur radix atque origo censu, ut in terminis nostris pro indubitato tradunt atque optime deducunt Balb. Menchac. Parlador. *ubi supra*, hic enim noniter praesens casus diuersus atque distinctus est ratione praedicti ab illo in quo est praefata controuersia Doctorum.

Quo fit, ut in re recte existimaretur idem Parlador *ubi supra d. cap. 1. § 15. num. 41*, in hoc casu ius esse referendum creditorum, annullata executione, ut via ordinaria experiri possit, idem procedere iure possit, quoties praescriptio supradicti opponitur atque probatur a principali debitore vel ipsius vniuersali successore: secus tamen quando a tertio singulari possessore deducitur atque probatur, cum titulo & bona fide, ut in nostro casu: tunc etenim totum ius via exsequenda atque ordinaria praescriptum est, ut supra est probatum, ac proinde nihil est referendum. (Sed cogita an idem sit, si el censo se huiese pagado si empre por otro, ut si iste tertius fuisset fideiussor, & principalis semper soluisset) resoluti tamen potest hoc dubium ex traditis a me de *inram. co. firmat. 3. part. c. 1. nu. 36*. in fauorem creditorum contra fideiussorem, vel tertium bonae fidei possessorem, & in terminis ita resoluti per plura Chaffan. in *consuet. Burgund. rubr. §. 1. §. 26. cum sequenti 5. par. pag. 1388. cum seq.*

Non obstat assertio actoris dicentis hanc non esse hypothecam, sed realem venditionem censu, de qua non loquuntur *d. l. 1. § 2. cum similibus C. si aduersus cred. quia* respondet quod per impositionem censu super aliquo fundo, non venditur ipse fundus, sed tantum ius quoddam percipiendi, siquae cotrahitur quaedam hypotheca irregularis: infirmior in quibusdam regulari, ut resoluti Doct. Couarr. *lib. 3. Var. resolut. cap. 7. nu. 5. § 7*. Superest igitur, ut fundamentis contractus patris satisfaciamus: & quidem non obstantibus nostrae Regiae, nempe d. l. 63. Taur. & l. 6. Noue Collect. supra allegata, dum decidunt *Que a donde en la obligacion ay hipoteca la deuda se prescribe por treinta años, y no menos*. Quia primo respondeo, has l. non loqui in praescriptione hypothecae, sed debiti, in ex eisdem constat, quod est diuersissima Parlador. in *d. lib. Quotid. quae c. 9. l. 9. nu. 51*. Secundo respondeo, quod praefata l. loquuntur & procedunt respectu principalis debitoris, non vero tertii rei singularis possessoris, siquae rema-

net incorrectus titulus, *C. si aduers. cred. de quo supra, ut sentit Ant. Gomez. in d. l. 63. Taur. in finalibus verbis, & tenent exoptime Cisneros, Castell. & Palatinus Rub. ibi dicitur nu. 33. col. fin. item Parlador. ubi supra, d. n. 41. ad fin. & Olanus in sua Concordia iuris, littera F. nu. 17. pag. 18. Gomez de Leon in sua Centuria, respons. 50. nu. 3. quem refert Licentiatu Salazar ubi supra, n. 51. quoniam poltea ipse nu. 55. distinguit.*

Non obstat etiam clausula de non alienando, cum hypotheca speciali apposta in instrumento censu, quia licet haec impediatur alienationem dominique translationem, ad eum effectum, ut creditor recta via absque praemia excussione possit agere aduersus tertium possessorem: non tamen tollit praescriptionem, quoad quidem dictus tertius possessor habuit titulum & bonam fidem, & non errauit in iure, sed ignorauit factum (hoc est) dictam hypothecam, & prohibitionem: & assertores rem prohibent alienari, praescribi non posse tempore ordinario 10. & 20. annorum, loquuntur in rebus maioratus, atque restitutionis vel fideicommissio subiectis, quarum alienatio est magis prohibita atque perpetua, quam aliorum bonorum, praemaxime quando aliquo casu, vel intercedente aliqua solemnitate alienari possunt.

Nec etiam obstat, quod per praedicti clausulam de non alienando, res praesumitur siue fingitur esse in dominio alienantis etiam si facti alienetur, siquae possit peti per dicti *si aduers. cred. ibi, obligata rei possessioni in eum*. quoniam in nostro casu debitor non incumbit possessioni rei obligatae, sed legatarius, dicta; l. in verbis supra relatis loquitur possessione actuali & naturali, oppositio autem procedit per fictionem, quando veritas non est in contrarium: procedere quoque possit quando tertius non praescripserit, alias secus.

Minus etiam obstat alia verba eiusdem l. i. *ibi, vel in qui in eorum iura successerunt*: quia intelligitur de successoribus vniuersalibus, non vero de singularibus, ut tenet *gl. ibi, & Baldus ubi supra, dicens communem, & in 2. part. 3. par. princ. g. 14. nu. 5. fol. 29*.

Vltimo non obstat clausula constituti apposta in instrumento censu: virtus enim atque effectus eidem attributus d. l. *fin. C. de acquir. possess. nempe, ut res possit auocari a tertio possessore, cessat & extinguitur per mortem illius, qui creditoris vel alterius nomine se possidere constituit, maxime data negligentia constitutarii, patiendo alterum possidere, ut plures allegas resoluti Iacob. Menoch. de recuperand. possess. remed. 14. nu. 64. & sequentibus Pelaez de maiorat. 2. part. qu. 6. n. 17. ubi refert Carol. Ruin. *co. f. 27. ad fin. lib. 5. loquentem in tempore decem annorum*.*

Secundo respondeo quod virtus dicti constituti praescribitur longo tempore (hoc est) decem annorum si possessio illo tempore penes tertium sit cum patientia & negligentia creditoris, ut resoluti Tragu. in *tradat. de iur. constit. possess. tit. 11. per totam, & plures allegas Pelaez ubi supra, numer. 19. & per praedicti obtinui*. Et fuit iudicatum iuxta hanc secundam partem, quod si tertius possessor sciuit rei hypothecam, vel onus, ut male fidei possessor praescribere non potest, hocque est expeditum secundum *Menchac. ubi supra. numer. 16*.

SVM MARIA

Legis 7. tit. 15. lib. 4. Noua Collect. Reg. sensus.
 Agens possessorio aduersus praescribentem vitium in eo iudicio, si postmodum in iudicio proprietatem deducat, an reus possit praescripserit iure se descendere, utendo tempore quo possedit post motam suam super possessorio: probatur pars affirmatiua.

QUERO? La interrupcion en la posesion interrumpe la prescripcion en la propiedad; por el contrario, la interrupcion en la propiedad, interrumpe la prescripcion en la posesion, vt inquit lex 7. c. iul. 15. lib. 4. Noue Collect. Regia cuius legis verus sensus (omissis aliis glossatoribus eiusdem traditis) meo iudicio is est, quod mota lite quoad possessionem fiat interruptio prescriptionis, non tantum quoad possessionem, de qua conuenerunt sed etiam quoad proprietatem in iudicio, non deductam e contra vt si de proprietate actum sit in iudicio non tantum interruptatur prescriptio quoad eandem proprietatem in iudicio deductam, sed etiam quoad possessionem, de qua non fuit actum: quia licet nihil commune habeat proprietatem cum possessione vt in leg. naturaliter, §. nihil commune §. de acquirenda possessione in hac tamen potissimum materia prescriptio conuincta est possessionis causa proprietati, quandoquidem abique possessione proprietatem prescriptio acquiri non potest, vt in regulis iuris vulgaribus. Quo fit, vt si reus prescribens victus super possessione rei, ea demum tradita actori agat postea super proprietate, allegans ad eam euincendam prescriptionem ad cuius perfectionem utatur illo tempore, quo pendente lite possidet, excluditur optimo iure, si obiciatur eidem decisio predicta legis Regia, cum per litem contestationem super possessione fuerit interrupta prescriptio, non tantum quoad possessionem, sed etiam quoad proprietatem; quinimo prescriptio non continuatur non poterit quoad proprietatem, cum si ablata sit possessio, quia prescriptio sine possessione non procedit.

2 Quid si f. agens possessorio aduersus prescribentem, victus in eo iudicio, postmodum proprietatem in iudicio deduxerat, an reus possit prescriptionis iure se defendere, vt de tempore, quo possidet post motam litem super possessione? Et videtur quod non ex nostra lege Regia, quia per interruptionem in possessione, interruptur prescriptio in proprietate. Rursus videtur contrarium, imo quod in hoc casu nostra lex locum non habeat, quia tunc demum interruptitur prescriptio litem contestatione, quando agens vincit, nec si ipse succubuerit, vt in nostro casu per text. in leg. euidenter, ff. de except. res iudic. tenent Felinus Balbus & Socin. quos refert Couar. in regul. possessor. de regul. iur. in 6. 2. part. 5. 12. num. 4. nihilominus tamen prior opinio in praxi frequenter recepta est, nempe, vt nisi immemorialis prescriptio probetur, non admittatur ad continuationem prescriptionis tempus, quo reus possederit post motam litem, lataque in eo sententiam, vt se vidisse adfirmat Couartuuias ubi supra, numer. 8. quamuis hoc apud se dubium esse, scilicet de iure referat, mihi tamen ea opinio preter corroborationem, qua a praxi accepit, attenta nostra lege Regia vera videtur non indiff. de & generaliter decidat interruptionem in possessione interrumpe prescriptionem in proprietate, & contra, nec requirat, quod agens vincat nec contrarium disponat si succubuerit.

SVM MARIA.

1. Immemorialis possessio exigendi a subditis aliquas impositiones an requirat probationem voluntaria solutis, nec nec & nonne sequentibus late examinatur & resoluitur quod non.
2. Domini oppidorum presumuntur in dubio per extorsionem, vim & coactionem a subditis exigere has praesertiones atque impositiones, potiusquam per liberalitatem ac voluntatem eorum.

QUERO? lege Regia cauetur quod domini Vasallorum non priuenter possessione 20. annorum, quam habent exigendi a Vasallis aliquas impositiones, quoad proprietatem vero requirit consuetudinem immemorialem, La qual prouida por la manera y con las qualidades y circunstancias que por derecho y leyes de estos Reynos se deven precuar, sea asi en lugar de titulo bastante, an f. in probanda hac immemoriali consuetudine debeat in iudis io deduci, articulari & probari, quod ista voluntarie, id est sine coactione aliqua praestita fuerunt a subditis per tempus immemoriale, an vero probata immemoriali alias sufficienter id praesumatur; Et videtur necessario requiri probationem dictae voluntatis liberae, cum haec lex requirat quod probetur immemorialis consuetudo, por la manera y con las qualidades y circunstancias que por derecho y leyes de estos Reynos se deuen precuar. Nam de iure communi ita demum ad has impositiones praescribendas a dominis contra Vasallos sufficit immemorialis consuetudo & praescriptio, modo probatum sit ab ipsis dominis, quod subditi sponte & non per vim, ea f. onera exhibuerint atque persoluerint, cum alioqui eis suffragetur praescriptio iuris dictantis potius in his praesertionibus vim & coactionem praesumi, quam libiditorem liberalitatem, titulumve spontaneum ac iustum, vt in leg. 1. c. ne licet potest. l. 1. §. ff. de alienat. iud. mutand. caus. fall. leg. principalibus, cum leg. sequent. ff. si certum petatur, & in terminis Innocent. Ioan. Andr. El. siens. Henric. Panor. & ceteri Doctores in regul. quod latenter, de regul. iuris estque communis opinio vt resoluti plures allegans Couartuuias in regul. possessor. part. 5. 4. num. 17. §. de regul. iur. in 6. vbi quod hoc casu, de quo agimus, vehementer est praesumptio aduersus dominos, quod eas praesertiones per extorsionem, violentiam & tyrannidem a subditis dominis extorserit, vt in l. ultim. §. si iusto, ff. quod met. caus. id quod expressim notauit Innocent. in cap. bonae, el. segundo, de postul. prelat. & alij plures, quos ibi refert late etiam Auenda. lib. 2. c. 4. prater. n. 9. & seq. estque receptissimum secundum Ioannem Orf. in l. solent, n. 8. ff. de officio pro consul. & legit. communem testatur Manchac. l. b. §. quod si iust. cap. 1. num. 7. qui est videndus: quicquid aliis in contrarium, imo quod hoc casu non sufficit, immemorialis consuetudo, tentare velit Doct. Anto. de Padil. in l. 1. num. 24. & sequent. Cade seruit. & aqu. & in terminis nostrae quaest. hanc primam partem tenet ac tenaciter defendit Greg. Lop. in 6. tit. 21. p. 4. in el. mag. per Ioan. praecipue in vers. unde bene aduertendum est, dicens, quod alias domini Vasallorum, hoc non probato, non obtinebunt, & esse hoc notandum in practica, & ad sciendum, qualiter deducatur & probetur immemorialis prescriptio, idque deducit ex verbis dict. legis Regia supra relatis. Insuper addit in conscientie foro quod semper suaderet istis dominis, quod in iis feruitis, quae sunt a iure indebita, & in quibus nullum alium titulum habuerint, quam consuetudinem, licet immemorialem, non curent de tali consuetudine, cum haec pars sit securior conscientie, & in dubio tenere debemus, quod certius est & sine periculo animae explicari potest: Ad cuius rei probationem plura ibi adducit, & praecipue quod non valet immemorialis prescriptio cum mala fide, vt in cap. fin. de praesertionibus, secund. Franc. & Bald. quos refert: eandem sententiam probat & defendit Frater Anto. de Cordu. in suo traact. de casis de conscientia, qua. 111. per totam in terminis dict. Prag. Reg. dicens, quod nedum in foro conscientie, sed neq. etiam in iudiciali, praedict. immemorialis suffi-

eret ac praesumendum bonum principium, iustam causam, vel iustum titulum, quoties a iure praesumitur contrarium, vt in presenti casu & similibus, & quod dicta pragmatica Regia, nec. cap. erutum. 18. quast. 2. hoc casu id praestat, sed tantum vbi praesumitur bonum principium vel causa iusta, vel saltem vbi non praesumitur malum vel iniustum, vt in exemplis ibi per eum positus, tandem resoluti non sufficere in casu nostrae quaestionis praedictae immemorialem, nec sententiam latam super ea in, fauorem dominorum, multoque minus litem pendente, nisi voluntarie, gratuito & liberaliter abique vlla coactione haec praestarentur dominis a Vasallis ratione gratitudinis, vel in recompensationem muneris in eos collati a dominis: Et haec sententia valde aequa & probabilior est, licet contrarium defendi possit, saltem in foro iudiciali. Imo quod stante nostra lege probata immemorialis praescriptio aduersus subditos & Vasallos non sit praesumenda vis, nec extorsio quanta temporis vius praesumptionem violentiae & oppressionis excludit, vt probatur in hac eadem l. dum in ea dicitur. Sea asi en lugar de titulo bastante. Sed si adesse titulum cum praescriptio 40. annorum, sufficeret loco immemorialis, de qua in hac l. per textum in cap. primo, de praesertionibus, in text. Ergo a fortiori sufficit ipsa immemorialis consuetudo: & in terminis tenet Couartuuias ubi supra, numer. 1. & Burgos de Paz. consil. 15. num. 31. & consil. 11. numer. 1. & Arnes G. rissa de expens. & meliorat. cap. 9. num. 11. 17. nec tunc requiritur talis probatio, scilicet voluntariae solutionis, id est, sine coactione cum constet de vero titulo tam praeterea, quia immemorialis consuetudo pro veritate habetur, & in terminis nostrae quaestionis ita tenet Petrus Auenda. in supra n. 10. & Couartuuias ubi supra dict. num. 5. idem sentit & tenet Villalob. & eum referens Olanus in sua annotatione super l. iura. D. num. 41. & 42. sequitur cum Ioan. Andr. & Lud. de Penas, late probans Burg. de Paz. dict. consil. 15. num. 31. & sequent. praecipue num. 14. vbi n. 3. plures referens tenet opin. Innocent. & ceterorum in dict. cap. quod la enter, tantum in dominis non recognoscitibus superioriorem subsistere, & dict. consil. 11. num. 27. tenet, quod sic nota lex immemorialis non excluditur ita nec annorum praescriptio & a fortiori 200. annorum.

Nec obstant verba nostrae leg. quibus nititur Greg. Lopez ad tenendum contrarium, quia illa potius tendunt ad modum communem atque generalem probandi immemorialem consuetudinem, de quo in l. 4. 1. Tauri quam ad speciem. de qua Greg. Lop. ubi supra, Alia circa materiam dict. l. Regia possunt videri per supra allegatos Hispanos, qui fuisse loquuntur in ea.

SVM MARIA.

1. Si iudex ordinarius recusatus & socius discordent in iudicando in ciuilibus, nempe quia vnus profert vna sententiam, alter aliam contrariam vel diuersam a prima, quam tenet: Late discutitur & tandem distinguitur.
2. Iudex recusatus & socius si ante prolationem sententiae sine discordes, possunt assumere tertium, vel petant a superiore, vt det iudicem.

L. 1. tit. De las recusaciones, lib. 4. Nou. Collect. Reg.

QUESTIO XXIII.

QUERO? circa l. 1. tit. De las recusaciones lib. 4. Nouae Collect. Reg. probantem, quod in ciuilibus iudex recusatus debet assumere in socium hominem bo-

num, para que libren el pleito ambos a dos de confuso, iuramento que bugan que bien y de derecho libran en el pleito, y guardan en el derecho a ambos partes. Quid iuris sit, si hoc casu iudex recusatus & socius discordent in iudicando, nempe quia vnus profert vnam sententiam, alter aliam contrariam vel diuersam a prima: Et videtur nihil esse inter dos iudicandum, vt in l. duo ex tribus, ff. de re iudic. & in l. 1. ad. m. §. fin. ff. de arb. Et ideo quod in tali discordia adendus sit iudex superior nec socius possit subdelegare causam, nec alii loco sui committere, vt probat in specie Auend. lib. 2. c. 2. prater. n. 14. in vers. Et si discordant, idem sentit Didac. Perez in l. 1. tit. 15. lib. 3. Ord. col. 96. ubi f. eiuslibus autem, &c.

Sed meo iudicio in hac quaestione tenendum est, quod si a neutra sententia fuerit appellatum, & sic ambae transierunt in rem iudicatum, valebit absolutoria, vel magis fauorabilis pro reo, vel causa pia, vel alias fauorabilis, vt probatur optime in l. inter pares, ff. de re iud. & in c. si eodem tit. de re iudic. & in l. 1. tit. 23. part. 3. vbi probatur, quod laris sententias diuersas a iudicibus ordinariis, tenet sententia pro reo, nisi in causis fauorabilibus, nempe matrimonij libertatis, dotis, seu testamenti, & similibus, quia tunc valet lata pro actoris, & ita in terminis nostrae legis & quae tenet Curia Pisana lib. 2. cap. 15. fol. 19. in vers. sed aliud est dicendum, quando ordinarius recusatur in causa ciuili, & in noua impressione est in dict. cap. 18. num. 20.

Si vero fuerit appellatum a sententia absolutoria, vel magis fauorabili pro reo, vel pro causa pia, vel alias fauorabili lata, tunc procedere poterit prima opinio supradicta vt ad eam superior in gradu appellationis, vt conseruet iustitiam, & remittat executionem illius iudicij a quo, quo casu consulitur reo vel pig. causae vt a sententia contra se lata etiam appellet, vt ad eam contra se in rem iudicatum, & etiam in dubio oportet ab ea appellari, quia si pars aduersa non appellauerit a sententia lata pro reo vel causa pia intra terminum iuris, & sic transeat in rem iudicatum, dubitari forsitan possit, an reus vel pia causa discedere se desistere possit a sua appellatione, & an possit executioni mandari sententia pro se lata, de quo Bald. & Doct. in l. amplorem, C. de appellat. vt in primo membro huius secundae sententiae fuit dictum: Et ita vidi laxissime conclusum inter graues & antiquos iuris peritos: & in praxi deductum a me & aliis Non obstant modo adducta per Auenda. ubi supra, scilicet, l. duo ex tribus, quia ibi praecipitur stari duorum sententias, altero ex tribus iudicibus contrarium proferentem, qui est diuersus casus a nostro, vbi duo tantum iudices sunt & inter se diuersi in sententiando. Sed si praedictus iudex recusatus & socius sint discordes, ante probationem sententiae possunt assumere tertium, vt tenet Barr. in l. in offerendis, C. de appellat. refert & sequitur Curia Pisana ubi supra, & ita praesertim vidi, vel secundum ipsum petant a superiore, vt det iudicem.

SVM MARIA.

1. Iudex ordinarius recusatus & duo decuriones et adiuuantes in causis criminalibus si diuersas vel contrarias proferant sententias, quae tenent, & se seruanda, late discutitur & distinguitur num. sequent.
2. Potum duorum decurionum iudicij ordinarij affectuorum an praeualeat voto iudicij ordinarij, quia praedicti duo reputantur in voto pro vno: contrarium num. 3. & 4.
3. Decuriones adiuuantes ordinario recusato sunt etiam ordinarij, ordinarijque, habent potestatem in illa causa, & valet argumentum a recusatione ad appellationem, & e contra.

Eadem l. l.

QUESTIO XCIII.

QUÆRO si secundo circa eandem legem in 2. part. quod est dicitur in causis criminalibus, quando iudex ordinarius recusat & duo decuriones ei adiuncti, iuncta forma ipsorum l. sunt discordes, si que proferunt duos vel contrarias sententias nempe iudex ordinarius unam, duosque adiuncti alteram, requirendo ordinarium, ut secum eorundem sententia conformet? In quo dubio si in precedenti proxime questione tenenda esset prior sententia, scilicet, ut nihil videatur esse iudicatum, sed quod sit adiectus superior, in hac quoque idem tenendum foret: quia licet duo decuriones associati ordinatio in causa criminali sint duo focii, & iudex ordinarius, vna persona, votum tamen duorum non preualeat voto iudicis ordinarii, imo dicti duo associati reputantur in voto pro vno, & iudex pro alio, nec duo in hoc casu videntur habere maiorem potestatem, quam vnus, argumento eorum, quæ late dicitur in l. si pater ff. de vulg. & pupil. item in l. si n. 4. c. 1. §. 1. C. de impub. & al. i. Conducit in argumento pro hac pinnone text. sacri Conc. Trident. sessio 25. c. 6. de reformat. b. si vnus aduen. tamen in vniuerso votum, ubi quæritur extra visitationem Episcopus processit contra aliquam ex capitulo associantur ei, vel ipsius vicario, duo nominati ab eodem capitulo, qui simul procedant in causa cum ipso, non tamen est vniuerso votum, potestque aliter Episcopo accedere. Præterea quod neutra sententia teneat, probatur in l. 4. tit. 16. pag. 3 ubi dicitur Que es nula la sententia adonde no se acerta non todos los juzgadores, a qui en fue encomendado. Idem probat l. cum magistratus. C. quando preuar. non est necess. & in terminis nostris ante publicationem Cœcilii ita tenuit Petr. Nuñez de Auen. ubi supra cum citam in quat. pr. c. id. resoluens hoc casu ascendendum esse superiore, nec præuolare votum duorum, nisi à lege exprimat, ut in casu l. 1. tit. 16. lib. 3. Ordinan. veter. de qua statim agetur: vel nisi cum voto iudicis recusat alteri concordasset vnus ex duobus associatis Nam hoc casu negati non potest, inquit ipse, nisi quod ista sit maior pars, & per consequens sequenda: Eadem sententia tenuit Didacus Perez, etiam ubi supra, licet non meminerit prædictæ limitationis nec prædicti decreti Concilij Tridentini.

Ego vero cum in precedenti quaestione, haic pene simili, imo magis dubia, quia in illa vnus tantum iudex protulerat quamlibet sententiam, in nostra vero ordinarius vnus, & duo decuriones eidem audiendū alteram, opin. præfatam Auen. & Didac. Perez, reiecerim, aliamque admiserim, nempe, ut sententia lata pro reo vel pia causa, sit valida & exsequenda, in idem cogor vel fortiori iure descendere in presenti quaestione: nempe ut sententia lata à duobus decurionibus pro reo vel causa pia, vel alius fauorabili iuxta ea fin. de sententia & re iudic. si ab ipsa non sit appellatum, & sic transferat in rem iudicatum sit valida & sequenda, atque contrarie à iudice ordinario prolate præferenda, tam per d. l. inter par. ff. de re iudic. & d. cap. fin. eodem tit. & l. Regiam partit. tum etiam quia cum hi decuriones adiuncti ordinario sint etiã ordinarii ordinariæque habeant potestatem, ut patet, quia ordinario associantur, & sic eius iurisdicção eidem communicatur, tenet Paulus de Castro Auth. si vero contigerit, de iud. Curia Pifana & Auen. ubi supra, valet sententia maioris partis iudicum, ut in d. l. duo ex tribus, cum similib. sicut expressum est hodie in simili casu, nepe in causis appellationem decem millium dipondiorum, & infra quæ deferuntur ad cœcilia ciuitatum & oppidorum, ubi nominantur duo decuriones, qui simul cum

iudice ordinario qui priorem sententiam protulit, cognoscant & aliam proferantem si sunt discordes hi tres iudices, præualeat sententia maioris partis, ut in l. 7. tit. 18. lib. 4. huius Noua Collectionis Regiã ibi, Les dichos tres Alcaldes diputados o los dellos si los tres no se conformaren, den y pronuncien sententia en el dicho pleyto, &c. Sibi vero que estis ar. si determinen en. sea firme y executado por la iusticia ordinaria. Qui casus, perquam vicinus est nostro, eademque ratione cõsistens, ac proinde sumi iure potest argumentum ab illa lege ad nostram hanc sententiam comprobendam, ut per illam legem l. de las recusaciones, interpretetur in casu ad ea non exceptio nempe data discordia inter iudicem ordinarium reculatam, & eius adiunctos in causa criminali in suis sententiis, quia de similibus ad similia valet argumentum, ut in leg. non possunt, ff. de legib. maxime vbi est eadem ratio, sicut in his duobus casibus addet Et præmaxime, quia valet argumentum à reculatione ad appellationem, & e contra, quia equiparatur in iure reculatõ & appellatio, ut in c. super eo, ubi Abb. de offi. de legat. Decus in cap. postremo in princip. colam. de appella. Boerius de off. 159 num. 3. Et ita merito esse dicendum in vtroque casu in nostris terminis tenet Curia Pifana ubi supra. Nec obstant adducta per Auen. in contrarium, quia ipsa cessant in nostro casu, ut dixi supra questione precedenti, & præcipue per d. l. 3. Regiam 7. Eodem modo responderetur ad Decretum Sancti Concilij ubi supra, præterquam quod est ibi casus specialis, diuersusque à nostro. Non obstat d. l. 4. tit. 12. pag. 3. nec d. l. magistratus. C. quando provocat. non est necess. qui respondit prædicta iura procedere in iudicibus delegatis ut constat ex ipsis, ibi, a quien fue encomendado Et ibi, cum magistratus datos: nos vero agimus in iudicibus ordinariis: Vel secundo potest responderi, leges non agere cum prædicti iudices sunt discordes in suis sententiis sed quando non fuerunt presentes omnes iudices, quibus fuit causa commissa (hoc est) quando aliqui ex iudicibus in absentia alterius pronuntiant, ut in casu l. duo ex trib. ff. de iudic. ut constat: ex d. l. Reg. ibi, A donde no se acerta non todos, quod est diuersum à nostra quaestione in d. l. cum magistratus ibi & vnus ex his pronuntiasse proponas.

SVMMARIVM.

1. Requisitio partis est necessaria ad hoc ut iudex incipiat in penas legis Regiæ, non pronuntians sententiam intra terminum ab eadem præfixum.

L. 1. tit. 17. libr. 4. Nou. Collect. Regiæ.

QUESTIO XCV.

QUÆRO iure Regio cauetur, ut iudex post conclusam in causa teneatur sententiam interlocutoriam proferre intra sex dies, diffinitiuam vero intra 20. dies sub certis penis ut in leg. 1. tit. 17. libr. 4. Noua Collectionis Regiæ an hoc teneatur iudex facere eo ipso, quod causa sit conclusa absque partis petitione an vero desideretur requisitio partis, ad hoc ut iudex incipiat in prædictas penas causas non decidend in suis terminis: Et prima facie videtur dicendum iudicem ad hoc teneri, etiam si non fuerit requisitus à parte, quia lex antiqua Ordinationi scilicet lex prima tit. 15. libro tertio, Ordinan. indistincte & generaliter arctat iudicem intra dictos terminos proferre sententias interlocutoriam & diffinitiuam respectiue ut patet ex lege ibi, De las que fueren las razones cerradas en el pleyto para dar sententia interlocutoria el iuez de y pronuncie sententia, &c. Referuntur ergo verba, hoc est præceptum ad iudicem nec de parte vlla sit mentio.

Hoc

Hoc tamen non obstante indubitanter est exigi petitionem iure requisitionem partis ad hoc, ut iudex in casu dictæ legis Regiæ non obferuans ipsius præscriptum, incidat in dictas penas, quia ad hoc ut iudex teneatur ex negligentia, debet requiri prius à parte: alias non venet iuxta doctrinam Bartoli in l. domus, §. Sabini, in fin. ff. de dam. infell. Iudex enim semper præsumitur paratus reddere ius, quod probatur eo ipso, quod non constat contrarium, iuxta gloss. in l. 1. C. de testam. milit. quia pro iudice semper præsumitur, ut in leg. 2. C. de offi. civi. l. iudic. Vnde si non requiritur, ut profertur sententiam, non stat per ipsum, sed per partem, quæ potius negligens, quam iudex dici potest: sed & potest comprobari hæc opinio aliis fundamentis à me adductis, in alio licet propositio in reper. leg. nemo potest nu. 2. 1. & sequens ff. de leg. 2. & tandem in terminis nostræ legis hanc sententiam late probat Auil. cap. 1. præs. in gloss. si. num. 34. & sequens, & cap. 2. §. 1. in iusticia, n. 15. & 16. & Anton. Gm. n. 3. tom. cap. 9. num. 9. Didac. Perez in d. l. 1. tit. 17. lib. 3. Ordinan. cum 272 & sequens ubi se alio loco refert, Ioan. Matie. in l. 10. gl. 1. n. 2. tit. 16. lib. 5. Noua Collect. Reg. Doctor Sanchez de Paz in sua præfatione in tempore, 1. part. 1. tom. Tandem hæc opinio hodie approbatur in d. l. 1. tit. 17. lib. 4. Noua Collect. Reg. ubi legi veteris ordinamentis additur noue verbum, A pedimento de parte, quod nostram questionem decidit. Nam apponitur post illa verba, El iuez de y pronuncie (additur à pedimento de parte, la sententia interlocutoria hasta seis dias, y la definitiva hasta veinte dias: & sic el pedimento de parte ha de ser para que el iuez de y pronuncie la sententia. No ergo sufficit petitio sententiæ quæ fit in primo libello actionis, & ita cum mylerio nostra lex addidit post illa verba, El iuez de y pronuncie, a pedimento de parte, ut intelligamus requiri petitionem partis specialem ad sententiam post conclusum in causa, ad hoc ut iudex illam non proferens in prædictis terminis incidat in penas illius legis.

SVMMARIA.

1. Exceptio nullitatis contra sententiam an opponi possit post terminum 60. dierum à lege Regiæ constitutum ad agendum de nullitate contra ipsam, & n. sequent. probatur pars negatiua.
2. Nullitas iure communi proponi potest intra 30. annos & non ultra, ubi non esset periculum anime, alias in perpetuum.
3. Nullitas de iure Regio Partitarum proponi potest intra 20. annos.
4. L. pure, §. fin. de dol. except. intellectus.
5. Exceptio nullitatis notoria, manifesta atque euidenti ex actis processu vel defectu citationis opponi potest dictis 60. dies & nu. sequent.
6. Eadem nullitas sufficiens est ad impediendum executionem trium sententiarum confirmatum.
7. Exceptio nullitatis prononciata ex defectu iurisdiccionis potest opponi post dictos 60. dies, & etiam contra tres sententias conformes, ut in num. 8. & nu. 9. quomodo hoc intelligendum sit.
8. Exceptio nullitatis ex defectu iurisdiccionis non admittitur hodie aduersus sententias supremi Concilij, Regiarumque Cancellariarum, à quibus non habet locum supplicatio.
9. Nullitatis exceptio post dictos 60. dies admissa parte non opponente, non censetur à l. Reg. exclusiua.

L. 2. tit. 17. libr. 4. Nou. Collect. Regiæ.

QUESTIO XCVI.

QUÆRO hodie an iure iurissimo Regio agi possit de nullitate aduersus sententiam intra 60. dies postea

vero non audiat quis super ea, ut in l. 2. tit. 17. lib. 4. Noua Collection. Reg. an cum hac lex loqui videatur per modum actionis, cui præscribitur sexaginta diebus per modum exceptionis ultra dictos 60. dies agi possit de nullitate: verbi gratia si petatur ex equitio sententia transactis prædictis 60. diebus, an cõsentatus in ea possit allegare nullitatem ipsius, ita ut sit audiendus super ea per viã exceptionis? Ec pars affirmatiua quibusdam placuit, tam ex eadem leg. ratione, quam prædixi, quia agere videtur, quando principaliter in modum actionis proponitur nullitas in iudicio aduersus sententiam: quasi sic ut quando incidenter, & sic in vim exceptionis quo casu ius commune antiquum videtur remanere in correctum, habens, ut nullitas proponi possit intra 30. annos & non ultra, ubi non esset periculum anime, alias etiam potest agi ultra in perpetuum, secund. Cardinal. in Clement. 1. c. 9. 1. de re iudic. Salys. in l. si præf. C. quomodo & quando d. Marani de ordin. iudic. 6. part. princip. pag. mibi 355. n. 154. & alii plures Doct. quos referunt Didac. Perez, & Ludovic. Mexia statim citand. de iure vero partit. 3. r. intra 20. annos ut in l. 1. tit. 22. & l. 2. tit. 26. part. 3. tū etiã quia temporalia ad agendum, licet perpetua ad excipiendum ut in l. pure, §. si ff. de dol. except. Et ita hanc opinionem refert plures Doct. tenere Ludovic. Mexia in l. Regia Tolet. de los terminos, in responsione ad fundam. 2. part. n. 31. & seg. fol. 166. & Ignatius Salced. ubi infra allegabitur. Et in terminis nostræ legis hanc partem tenent Petrus Auen. in responsion. 21. num. 10. circa finem, & in simili statuto Alexand. cons. 83. num. 12. libr. 3.

Sed nihilominus contraria sententia, & sic negatiua, ut nullitas etiam per viã exceptionis non possit allegari nec proponi post sexaginta dies, de quibus in nostra l. Reg. & sic quod ipsa indistincte procedat, siue agendo, siue excipiendo, est verior & tenenda. Idque primum patet ex eadem lege quæ indistincte & generaliter loquitur, dicens: Si alguno alegare cõtra la sententia, que es ninguna, pnedalo dex. et hasta se senta dias desde el dia que fue dada la sentencia (intellige simul & partit. intimata) si en los se seta dias no lo dixere, no sea vdo de despues sobre esta rãõõõ: nam non dicit lex, Si alguno hize rãõõõ de nulidad, que verba, ad actionem referenda esset, sed, Si alguno alegare contra la sententia que es ninguna: Nota verbum Allegare, quod est generale & commune agentis & excipientis, & sic vtrumque ius comprehendit, quo diluitur primum fundamentum contrarietatis. Secundo, quia ratio fundametalis huius legis ea potuit esse, ut sit finis litii, & auctoritas rei iudicatæ suū debitum fortiatu effectum, ut ex fine huius leg. colligi potest: Hæc autem ratio militat vtroque casu, siue agatur, siue excipiatu de nullitate aduersus sententiam: Ergo vterque comprehenditur in termino sexaginta dierum à nostra l. assignato. Et ita in terminis hanc sententiam pro nostra l. interpretatione verius probant Doct. Couar. in pract. quæst. c. 23. num. 4. & Didac. Perez in hac eadem l. Ordinan. veter. col. 127. c. 2. intellig. & limitata. & Ignatius Salced. in annot. ad reg. 251. Bernard. Diaz. & in terminis similis statuti idē probant Aymõ Crauet. consil. 179. num. 4. post Paul. Cast. quem refert & sequitur Beccius cons. 40. num. 1. lib. 1. & terminis nostræ legis nouiter visus Doctor Azuedo, hic num. 41. & 42. Non obstat secundum fundamentum contrarietatis partis, nempe dictæ legis pure, §. fin. quia loquitur in propria exceptione, quæ non potest opponi nisi per viã exceptionis: tunc enim merito quod sit perpetua, illiq; non prescribatur, quia non est in manu rei, quado exerceat, nisi quando sit per actorem attento attentato, ut constat ex ipso textu: At vero quando exceptio principalē vim habeat ab actione, nec cõsistit in puris exceptionis viribus, quia ita æque potest incitari principæ.

liter per viam actionis, sicut per viam exceptionis, tunc huic exceptioni præscribitur, & perit cum ipsamet actione, quia est in potestate rei, quando exerceat (sicut contingit in exceptione nullitatis contra sententiam, quia potest reus eam proponere principaliter agendo contra sententiam vel excipiendo, quando contra se agitur virtute sententia, vel quando ipsa contra se adducitur. Atque ita hanc resolutionem & distinctionem posuit Bart. in l. 1. num. 3. ff. de except. quam sequuntur plurimi & communem esse testatur, vt retuli (non adducens Couar. vbi supra, qui eam quoque probat) in meo tractat. de iuramento confirmatorio. in 3. par. c. 1. nu. 22. Non obstant Doct. tenentes contrarium in simili statuto, quia ipsum forsitan non disponebat, quando nullitas excipiendo proponeretur, sed solum agendo, vt constat ex Alexan. conf. 83. num. 12. vol. 3. & melius ex Ruyno, conf. 17. num. 15. vol. 5.

5 Hæc tamen sententia tenenda, limitari potest in exceptione nullitatis notoria, manifestæ atque euidentis ex actis processibus, quia cõ huiusmodi nullitas sufficiens sit ad impediendam executionem trium sententiarum conformium, iuxta communem resolutionem, quæ pro limitatione Clem. 1. de re iudic. adduci solet vt refert bene explicans Couar. vbi supra & Ioan. Orof. in l. si ferriat. num. 2. & sequens. ff. de feris. Didac. Perez in leg. tit. 8. lib. 3. Ordan. col. 1022. in fine. Ludouic. Mexia, vbi supra num. 26. merito vt prædicta nullitas notoria, & ex actis processibus euidentis non comprehendatur in terminis nostre legis, sed quod possit postea opponi vt in statuto excludente omnem exceptionem & remedium nullitatis post quinque dies tenet & probat Petrus Anchar. conf. 211. incip. de iure communis, nu. 4. in fin. & Cornue conf. 4. incip. Dia. post consilium redactum, col. 1. nu. 8. lib. 2. Et Sebastianus Vantius alios allegans de nullitate sententia, in rubricis quæ possit dicere de nullitate. nu. 54. p. 2. agna mihi 68. & alii quos refert, hanc interpretationem & limitationem ad nostram legem expressim tradens Didac. Perez in ea eolum. 1270. in dicit. versic. intellige & limita. Quam sententiam late etiam probat Ludouic. Mexia, vbi supra, num. 28. sequens. Vtra quos eadem prius tenuit Auendan dicit. resp. 26. præcipue, num. 10. circa fin. dicens, quod in notoria nullitate lex hæc Regia locum nõ habet. Eandem sententiam in terminis simili statuti repellentis nullitatem tenet Roland. à Valle. conf. 16. in dicit. lib. 1. nu. 39. Idem in nullitate, quæ descendit ex defectu citationis non factæ vel nulliter factæ: Et ita videtur tenendum propter notoriam iniusticiam sententia, quantum negligentior videatur condemnatus in ea hoc casu, in non proponendo nullitatem notoriam ex actis in termino huius legis quam aliam, quæ ex actis non constat. Re tamen immaturius considerata post huius operis primam editionem (cui præfatam sententiam sequatur nouissime Doct. Azeuedo hic num. 30. cum seq. alios allegans) contraria nihilominus verior nunc mihi videtur, quod lex nostra Regia procedat etiam in nullitate notoria euidentis; ex actis processibus ex defectu etiam citationis. Primo, quia lex nostra secunda generaliter & indistincte loquitur in quacunque nullitate, dicens: Si aliquo alegare contra sententia, que es minguna, puedalo dexir hasta se senta dias desde el dia que fuere dada la sentençia; si eu los se senta dias no lo dixere no sea oyo de sup. sobre raxon. Ergo generaliter & indistincte est intelligenda, iuxta leg. de pretio. ff. de Pub. in rem dicit. l. 1. §. generaliter. ff. de legat. præstand. ca. solite, de maior. & obedi. si Romanorum. 19. dist. quo argumento in propriis terminis simili statuti videtur Socin. Sen. conf. 21. num. 2. versic. item cum generaliter, vol. 1. Secundo, quia ratio fundamentalis huius legis quam prædictus numer. 3. vt sit finis litium, & auctores rei indica-

ta suum debitum fortiat effectum, militat etiam in nullitate notoria & euidenti ex actis processibus, ergo in ea quoque locum habet eiusdem legis dispositio, vt in l. illud, cum siml. ff. ad l. Aguil. Tertio quia impudenter est illi, qui sua culpa vel negligentia se excludit. Veritas, in ff. de iur. aduque p. 1. in. is enim qui contra se sententiam reportauit, dicitur nedum tacite, sed etiam expresse renuntiare iudicio nullitatis & eius allegationi, permitiendo lobi tempus sibi ad id ab statuto vel lege Ria concessum, secundum Paul. de Cast. in terminis conf. 288. in 2. dubio in fi. lib. 1. & Doct. Rolandus à Valle conf. 83. num. 6. ad fin. lib. 1. Quarto, & quidem peremptorie in meo iudicio, quia si prior opinio esset vera idem dicendum esset in appellatione à sententia, quæ euidenter ex actis causæ ostenditur iniqua, nempe vt ab ea appellari possit post decem dies à iure communi ad appellandum à quacunque sententia hoc autem nemo sanæ mentis dicit, vt patet & credit in terminis nostre quaestiois Alexan. conf. 152. n. 16. in versic. per hoc patet. vbi alios dicitur, & c. lib. 6. Ergo nec de nullitate dici poterit transactis prædictis & senta diebus. Vtroque enim casu eadem ratione lapsus termini legalis excludere debet condemnatum. Quinimo & vltimo in terminis, quia et si statutum vel alia quælibet dispositio repellens omnem nullitatis exceptionem, adhuc tamen non videtur excludere, nec censentur exclusi nullitas euidentis & notoria, quæ ex actis processibus constat, secundum Oldrad. conf. 106. incip. quod litera exsequatur, & late probat Alexander in leg. de pupillo, §. qui opus ff. de non oper. num. & conf. 77. in causa & l. te, num. 1. lib. 2. & conf. 186. vltis. num. 3. eodem lib. & conf. 77. vltis dubitationibus, nu. 7. & 22. lib. 3. sequitur plures refertens Franciscus Beccius conf. 40. num. 4. lib. 1. & Mexia vbi supra, num. 25. Hoc tamen locum non habet, quando statutum vel dispositio non simpliciter prohibet de nullitate dici, sed præfigit terminum ad eam opponendam, tunc enim post lapsum termini nõ licet dicere de nullitate, etiam notoria & patente ex actis, vt in terminis simili statuti probauit Alexand. conf. 140. penderatis, num. 7. lib. 1. & latissime & optime idem Alex. dicit. conf. 125. per totum, quem sequitur Ferrata in sua præf. in forma libelli executionis sententia. versic. sapiens, nu. 13. vbi ait ita præfati & late Calcan. conf. 16. vltis elegantissime sub nu. 44. versic. restat nunc, & numeris sequentibus eandem opinionem probat in terminis Socin. vbi supra, num. 2. versic. sed interim, & Alexandrum sequitur Sebastian. Vant. in suo tractatu de nullitate. tit. quibus mod. sententia nulla defend. post. 15. & Doct. Roland. à Valle dicit. conf. 82. dicit. n. 16. versic. secundo, plures allegans & dicens, quod ita iudicatum fuit in illo amplissimo senatu Montis Ferrati: eandem sententiam in terminis prædicti statuti sequitur & intrepide probat plures allegans Beccius vbi supra, numero quinto, dicens quod hæc opinio Alexandri est communis, vt patet ex præmissis, quidquid aliter & male sentit Ruinus conf. 36. numer. 4. lib. 1. §. Corn. sequitur Beccius conf. 99. nu. 10. Ergo cum lex nostra Regia præfigat terminum sexaginta dierum ad allegandum de nullitate contra sententiam, insuper & addat, quod post dictum terminum quis non audiat super ea, à fortiori dicendum venit iuxta prædictam communem opinionem, vt agi non possit transactis dicto termino de nullitate, quamuis notoria & euidenti ex actis ex omnibus supra dictis, quæ profecto simul iuncta considerata præcise mihi probant hæc secundam partem, à qua in iudicando & consulendo existimo non esse recedendum, præcipue cum ipsa probetur in lege nostra Regia in sua generalitate, Non obstat quod huiusmodi nullitas impediatur executionem trium sententiarum conformium, vt præ-

diximus

diximus, tamen si regulariter alia nullitas proposita eã non impediatur, vt in d. Clement. 1. de re iudic. quoniam ibi simpliciter repellitur exceptio nullitatis, vnde mirum si hæc non censetur exclusi, secus quando terminus assignatur ad nullitates proponendas, tunc enim eo elapso nulla opponi potest, iuxta prædict. communem opinionem quæ profecto securam ad radicem videtur ponere. Considero præterea, quod Cornue supra pro cetera parte citatus loquitur etiam in statuto simpliciter expellente nullitate: & Vantius in primo loco allegatus pro priori sententia, et si loquatur, quando terminus siue instantia ad nullitates proponendas foret elapsus, citat tamen in id Alexand. dicit. conf. 225. vbi potius nescio hæc secundam opinionem, vt prædiximus probat; præterquam, quod Vantius, ibi alios auctores tenentes contra suam propriam sententiam citat, tandem ipse in secundo loco proxime adductus hæc secundam sibi contrariam probat cum Alexand. vbi supra. Didacus Perez & ceteri, eo allegati pro priori sententia, loquuntur etiam, quando lex vel statutum simpliciter tollit, quod non possit dici de nullitate. Mexia vero vbi supra, numero 7. postquam secundo, licet loquatur etiam quando terminus seu instantia ad nullitates proponendas esset elapsus, allegat tamen ad id Alexand. in præf. conf. 225. vltim. 6. & conf. 50. vltim. 5. sicut fecit Vantius à quo mutatus videtur, cum tamen Alexand. ibidem contrarium ex professo probet. Solidum igitur fundamentum in his Doctoribus fieri non potest: Auendan. autem pro eadem priori opinione citatus & rursus in tractatu de sup. p. licet cum pena M. D. duplatur, numero quinto, loquitur incidenter in transitu, eamque non probat Roland. à Valle in priori consilio loquitur, vt prædixi, in statuto simpliciter repellente nullitatem: tandem licet Ancharan. dicit. conf. 211. & nonnulli alii, pauci tamen tenent priorem hæc secundam probant multo plures in propriis terminis simili statuti nostre legis, estque magis communis & recepta sententia & melioribus rationibus fundata, ac proinde tenenda, præcipue cum fundamenta prioris opinionis sint omnino sublati, vt vidimus. Destructo igitur fundamento, corrumpunt quæ supra sunt adiecta, vt in cap. cum Paulus, 1. quaestio. 1. §. ff. de except. vlt. dicit. nam in eo §. quod vi aut clam & hæc ratione in simili videtur Anchar. Cræuet. consilio quibus Ioannes in fi. 1. §. conf. 151. neminem numero secundo & conf. 65. in causa. versic. ex qua, Franc. & Beccius conf. 31. ante dicit. vlt. lib. 1. Secundo limitanda est prædict. sententia & nostra in nullitate, quæ prouenit ex defectu iurisdictionis profertentis sententiam ipsam: hæc nãque nullitas exceptio non excluditur per hæc l. post 60. dies, nec sublati intelligitur cum illa, admittatur etiam post tres sententia conformes, vt tenet gl. memorabilis communiter vbique approbata in Clementina v. de. sequere posse. & fruct. vt restantur præfati Doctores alios plures allegantes, præcipue Vantius vbi supra, num. 37. Couarr. Didac. Perez & Doct. Anton. de Padilla in l. 1. num. 31. C. de iur. & fact. ignoran. & Mexia vbi supra, in respon. ad primum fundamentum, 2. part. num. 11. §. 13. & latius omnes refertens Ignatius Salzedo vbi supra, & in terminis simili statuti plurimos allegans, idem tenent Beccius dicit. conf. 40. n. 7. aduersus Alciat. conf. 14. §. 8. & idem Beccius conf. 99. nu. 3. eod. lib. 1. vbi quod est receptissima opinio.

9 Quæ communiter sententia intelligenda est, quoties index nullam vniquam habuit iurisdictionem ad eius causæ cognitionem vel definitionem: quia ab initio iurisdictione omnino caruerit: secus si ab initio eam habuit, quæ postmodum aliqua ex causis defecit, aut e-ha est, non tamen erat omnino extincta nec elisa, sed

suspensa & elidibilis ex futura iudicis superioris pronuntiatione, vt constat ex exemplo gl. in d. Clement. 1. de sequere posse. & fruct. & ideo si iurisdictione semel ab initio vere data & competens iudici tempore sententiæ fuerit iam extincta & elisa, quia pronuntiatum est bene appellatum ab ea fuisse, erit nulla sententia ex defectu iurisdictionis, poteritque nullitas hæc opponi ad impediendam executionem trium sententiarum conformium, vt ex aliis optime deducit & probat Doct. Couarr. vbi supra dicit. num. 4. versic. autem utraque opinio, & c. Quo fit vt hæc nullitas proueniens ex defectu iurisdictionis, quæ iuxta præfatam resolutionem impedit executionem trium sententiarum conformium, admitti debeat etiam contra sententiam post 60. dies de quibus in nostra hæc l. Regia, vt, ac si ipsa vidisset, tenuit Cornue conf. 203. in ep. in hac consultatione, num. 8. lib. 1. & Alexan. conf. 77. num. 8. lib. 2. & alii re-lati à Didac. Perez vbi supra, eadem col. vers. Limitatio 2. vbi de aliis in locis referens expresse tenet hæc limitationem ad nostram l. Regiam: Eadem probant quãuis dubius, vtens hæc dictione fortassis, Doct. Couar. vbi supra, dicit. num. 1. versic. Quia ratione Regia l. sed eandem tenuit expresse Doct. Anton. de Padilla, vbi supra, d. nu. 1. & Ludouic. Mexia in d. d. ep. ad primum fundamentum secunda parte, num. 11. & Ignatius Salzedo etiam vbi supra.

Nouissime tamen ann. 1565. per nostrum iniuncti. 18 simum Regem Philip. lege Regia cautum fuit, vt aduersus sententias supremi Consilii atque Regiarum Cancellariorum à quibus nõ habet locum supplicatio, non possit agi nec opponi de nullitate, etiã ex defectu vel incompetencia iurisdictionis, vel quæ ex actis processibus notorie constat, vel alio quocunque modo nec ad impediendam executionem ipsarum, nec executione facta earundem, possit iterum ad litem rediri, vt in l. 4. infra eadem tit. 17. Quod est speciale in d. sententia Regii Senatus & Cancellariorum. In ceteris vero sententiis inferiorum iudicum seruanda erunt paulo ante dicta: & idem in causis Ecclesiasticis, quia cum non reperiamus ius canonicum expressim, assignans certum aliquem terminum ad proponendam nullitatem aduersus sententias iudicium Ecclesiasticorum, & sic deficiente ipso canonico, merito quod recurrendum sit ad ius commune regni, hoc est, ad decisionem nostre l. 1. tit. 17. lib. 4. Quia Collect. Reg. iuxta late tradita per Didac. Perez in q. 3. preoemial. posita in prima parte Ordinar. regalis.

18 Tertio & singulariter eadem nostra l. Regia limitanda est, quando post 60. dies pars grauata allegauit nullitatem contra sententiam, fuit de factò admittus, putã quia altera pars non opposuit decisionem huius l. vel non contradixit vel nihil allegauit, ipsa; nullitas fuit probata. Hoc etenim casu allegans nullitatem obtinere debet, cum non sit oppositum ex lapsu termini 60. dierum, de quo in nostra l. cui altera pars renuntiare visa est, vt in terminis in casu statuti disponitis quod post duos menses non possit dici de nullitate sententia, vt in nostra l. Regia cauetur, tenet Ias. in hoc edito, numero reuio, ff. de non. oper. num. vbi allegat. Abb. conf. 55. incip. in causa, libro secundo, quam sententiam sequitur & pluribus doctis expresse ad nostram l. Regiam exemplat Aules in ca. 1. p. 1. in gl. A. l. 1. part. 1. 17. Nec obstat generalitas nostre l. ibi, No san ayos de sup. sobre esta raxon. Nam debet intelligi, si à parte allegetur & opponatur, cum sit beneficium l. in fauorem eiusdem partis inductum, argument. l. si aduersus cum inellus, §. idem Polissim. ff. ad l. 1. §. de adulter. ibi, Vtique si error allegatur. Ideo si non opposita dicit exceptione lapsus termini 60. dierum, pars allegans nullitatem aduersus sententiam admittatur, can-